Urkunde aus dem Jahre 1231
zur 750-Jahr-Feier Dinklage

In nomine sancte et individue trinitatis. [illegible] et Sophia comitissa de Ravensberg omnibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum intuentibus salutem in eo qui est omnium salus. Quoniam tempora et anni et instabili revolutione et eorum numero decurrente cum succedentium etatum provocat ad malum esse volunt et facta quelibet labili mortalium elonganter a memoria: expedit et summe necessarium est ea que rationabiliter et salubriter fiunt perpetuo litterarum testimonio commendari. Unde ob hoc notum esse cupimus tam presentis evi quam futuri quod inspirante spiritu sancti gratia et communi consensu et libera voluntate predium nostrum in Bersenbrugge videlicet ecclesiam cum dote et omnibus suis attinentiis. nemus et curtem adiacentem in ipsa villa cum molendino et duobus allodiis. mansis. mancipiis. piscationibus. silvis. paludibus. et omnibus aliis attinentiis ad honorem domini nostri Ihesu Christi et gloriose genitricis eius virginis Marie ibidem patronantis contulimus. et ab omni iure nostro integraliter resignavimus. hac de causa ut ad gloriam dei et piemationis eius cenobium ordinis cisterciensis feminarum sexus ibidem construatur. in quo deo digne deserviatur. et sempiternalis recordatio parentum nostrorum et nostri devotius observetur. Ut autem memoratum legitimate et hominum malignantium prevenamus astutias qui benegesta nituntur sepius convellere placuit hoc sicut presentis pagine que rei geste seriem invariabili veritate declarat annotare, et sigillorum nostrorum testimonio confirmari. Interfuerunt huic Herbord de [illegible]dowe. Herman Willekin. Fridericus Insphart. Bertram sprie. Conradus et Ludolfus et Everhardus de Goldenstede. Bertram de Dinclage Johannes et Bertram filii sui. Herman de Brochove et Otto frater eius. Bruno de Kemenhusen. Alexander Houeth. Henricus Slau. Bernhardus de Watmendorp. Bernhard de Mettingen. Henricus plebanus de Vechta. Francis. Welandus. Leo. Frederic. de ordine predicatorum et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno incarnationis dominice M. CC. XXXI. in Vechta. Presidente domino papa Gregorio. Gubernante Romanorum imperium Friderico.

Tenente cathedram · episcopalem in Osenbrugge · Conrado.